

54 Receptui canamus, proferendo de more versiones Tautologia principalis. Edificans edificavi domum. Ex Caietan. & Maluend. Edificando edificavi. Edificare edificavi domum. Tigrurin. Ego edificavi. Athiop. Edificatione edificavi basilicam. Aliqua ergo dicamus, ut in caelum edificemus, & edificemur.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Edificans edificavi. Aliter, quomodo? Claret spiritali edificatio: igitur si cordis pravitas evellenda, & virtus prudenter edificanda; tota machina, si inest modus, destructione adificatur: si obest modus, adificando destruitur.
2. Edificatione adificans edificavi. Quis enim, dum fabricam format, adificatione non adificat? Qui construit fastigium electionis ex suffragio voluntatis: adificationeque & apprime adificatur; ubi fructum a meritis, a fastidio non destruitur.
3. Edificatione edificavi: igitur saepe unus construit, & alius destruit; ne moles perveniat in fastigium. Quis ergo? Gratia in electione & Odium. Iuxta affectiones cordis & desideria, destruunt, & construunt suffragia.
4. Edificans adificatione edificavi. Non adificatur adificatione, si gratia applicatur exaltationi indigni: destruitur enim toto favore adificium, quippe ad honorem non habet meritum fundamentum.
5. Edificans edificavi. Duplex adificatio, Voce nimirum & Verbo: Verbum divinum in expressionem charismatum Vocis Ioannis; quia nulla vox aptior ad demonstrandam excellentiam Verbi Numinis.
6. Edificatione adificans edificavi. Cur tanta in geminatione? Laboris formae lapidum indicatur necessitas, ut locum in Ierusalem caelesti, quae adificatur ut civitas: meditanteque adificari adificatione geminatur; ne in vanum in adificium ab animis laboretur; equidem plerique volunt adificari, sed sine adificatione.

DIDASCALIA PRIMA.

Nulla res consummata, dum incipit.

A Directione Receptoris pendet profectio ulterior disciplina regularis; qua iuxta docile cor, adificentur muri Ierusalem: igitur doctrina sana accepta in tyrocinio, sunt muri validi ne mox intret relaxatio: etenim nemo vel in arce perfectionis validus, si ferro & igni vafer hostis habet muros. Sine praevia prorsum disciplina,

Ruit alto ad culmine Troia. Hinc Seneca Epist. 94. infit: Sit ergo aliquis custos, & aevum subinde pervellat, abieritque rumores, & reclamet, Erras: alia deinceps digna miratu, sive per ordinem subeunt. Apparet saepe decursu temporis error, qui oculos falsus decipiebat fulgor. Illud non agitas, ut sanctam filius omni Aspicat sine labe domum, vitioque carentem? Gratium est quod patria civem, populoque dedisti. Si facti, ut patria sit idoneus, utilis agris, Utilis & bellorum & pacis rebus agendis. Plurimum enim intererit, quibus artibus & quibus hunc tu Moriarius instruas.

Succinit Iuvenal. Satyr. 14. a v. 69. & Columel. lib. 2. de Re rustica. cap. 7. Omnes arbutulas priusquam transferas, rubricam notare convenit; quum ferentur easdem caeli partes aspiciant, quas etiam in seminarijs conspexerunt. Haud debent corda mutari a primo instituti in seminarijs proposito; quippe saepe depravantur mutatione caeli titulo: & subsistit disciplina, si in transitu stat memoria, aspectu caeli, quo nata. Canit Ioann. Iovian. Pontan. 2. Uran. in Signo Virginis Tu mihi chare puer, Illecebris ne dede animum, neu deside somno Otia corrumpant mentem: procul effuge & artes, Quas Virgo teneris molles meditatur ab annis. Post enim in auros convertet pecciora mores.

2 Providet enim & vigilanter Gloriosus N. Patriarcha, Regul. Sancti. cap. 58. indicit: Senior talis deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas, & super eum (novitium

Columel.

Tunc docilis atas.

Iovian. Pontan.

S. Bened.

om-

omnino curiosè intendat, & sollicitus sit, si verè Deum querat (Vide Tautolog. s. D. 1. n. 2.) si sollicitus sit ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Curiosè quidem Receptor debet intendere, ne specie apum subintret fucus, Religionis inutile pondus, mella consumere natus, ineptus desequat ad onus; qui se querat (& non Deum) cuius infatuatum cor; & si in opus urgeatur, audiatque focordiae opprobrium; ut pungat linguam evaginet spiculum: ac denique ex fuce effrontem deformans faciem, convertatur in vesperam, vel erabronem. Adi Tautolog. 4. D. 1. Ex malo ovo corvus malus: quod si confotum, erumpit in regulum. Facilis in cognitionem discretio, modò accedat vel levis sollicitudo.

Summa vigilantia, diu traditur regulari disciplina.

Picinell. Camerar.

Sap. 5. 13.

Provi nescitur vel a teneris unguis.

Etiam qui frugi.

aliud in pectore nisi virtus. Vide in quem virum evasit Achilles, pingente Statio, 1. Achilleid. a v. 331.

Qualiter artificis victura pollice cere Accipiunt formas, ignemque manumque sequuntur

Talis erat diva natum mutantis imago. Nec lucata diu: superest nam plurimus illi Invieta virtute decor.

In huiusmodi opus, ne pereat artis forma, quod nobile apprimè est meditata natura; Seniore deputari oportet in novas formas, aptum ad lucrandas animas: cuius virtutes sint expressa magisteria probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere oporteat, tyronibus ostendenda; ut super eos floreat sanctificatio, ac fedate spiritus plenitudo, demonstrata in vitam via, qua pervenitur in astra.

4. Modus patet in Moysse. Non solum educit e servitute ac tenebris Egypti plebem electam; sed introducit portans & sinu in terram promissam: parvi sane momenti, e saeculo in Monasterium emergi, & in aeternam felicitatem non ingredi. Methodus remedia signatur. Ut destruat, & evellat, & dissepit, & adificet & plantet. Ut destruat evellendo, & adificet plantando. Aptius: Ut destructione adificet, atque adificatione fructifera plantet: etenim haud forebit viridarium Religionis, nisi evellantur pravitates, & seminentur virtutes. Edificans edificavi: Est sententia Tautologiae. Ita ergo, nec alio modo. Aliter sane spiritali edificio: igitur cum pravitas pectoris evellenda, & virtus prudenter edificanda; tota machina, si adest modus, destructione adificatur: si abest modus, adificando destruitur. Hac de causa dicitur, ut vidimus in Exposit. Liter. a Domino: Edificabo & non destruaam: A Paulo: In adificationem, & non in destructionem: equidem bonum non adificatur, ubi vitium non evellitur; & adificatum bonum sine prudentia destruitur.

5 De Hercule tentante se in cursum Olympicum, ait Pausanias, cap. 202. Ad laborum patientiam quotidianis exercitationibus se confirmans, sentes omnes qui pullularent eo in loco, vellere ac eradere sit solitus. Curfus athletee propositum, & arenam Hercoles mundat ad cursum; ut in illo nullum sit impedimentum: igitur nequit valide currere, nec bravium primus accipere, cui herba levis obstat, maximè si spina pungat. Quod videtur leve, cursum grave: non enim vel plano cursores, quorum lacerati pedes. Nihil portandum ex fermento Egypti, ab his qui student in exitu, quanvis modicum

Statius.

Sed necessaria ad Rectorem dirigenda.

A quo virtus plantanda est pravitatis evellenda.

Ierem. 10.

3. Reg. 8. 13.

Ierem. 42. 10.

2. Cor. 10. 8.

Tyronum exercitatio necessaria in exercitia.

Exod. 12. 39.

et.

etenim opus vocationis non perficit, dum modicum fermentum totam massam corrumpit. Agitur navis rimosa procellis. Hinc nonnunquam Argo reficitur, ut vellus aureum fervetur, uti observat Platarchus de *Tractanda. Republ.* ubi addit: *Quomodo artifices, quibus ea cura incumbat, ut navigium Deliacum incolunt esse, corruptorum asserum loco componendis alijs, insidensque, sempiternum ex illa etate & immortale videbantur efficere.* Levi rimula perit summa, quibus non videbatur discrimen ex levi rimola: amisso vellere aeternae felicitatis, sine conspectu neque munere Solis. Unde in pectoris navi vel rimula debent pracludi; ne artificis oscitantia, percreta & negligentia, omnes qui in circuitu eius affertis Domino munera: etenim quod videtur parvi ponderis, lethale deorsum perit.

6 Ne possit Achilles mori, quanta sollicitudo genitrici! Mors ab illa cogitabatur ex vulnere; totaque matris cura, ne unquam possit vulnerari. Anxia ergo filium calcaneo apprehensum flumine stygio demersit, ut vulnerari non possit, verum partem illam pedis, qua meris filium, praetermisit ad aequae tactum: unde evasit immortalis, nisi calcaneo aut digito parvo pedis; uti dicemus *Tautolog. 5. n. 12.* Quare postquam vidit spectaculum cadaveris, ex vulnere inani pedis; exclamasse dicitur a *Statid. v. 4. r. & 269.*

*Progenitum Stygis amne severo Armavi: totumque utinam. O dolor! O feri matris in corde timores!* Levis videbatur iactura, omisa lotione pedis; atque ex omissione vulnus, ex vulnere porta mortis: feri sunt dolores directorum infantium, ex omissione lotionum; ut totum caveant, nec quod leve praetermittant; etenim est levi vulnerentur, vulnerantur; ac ex vulnere moriuntur.

7 Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est (pro ut sit) mundus totus: Assertor N. dixit Petro renuenti lavari pedes: ita ut si in illa cogitatione persisteret, a societate proculdubio removeret. Si non lavaret, non haberis partem meam. Mundus erat Petrus totus, sed non ex toto; in quod pedum tenebat lavatio: etenim cum iuris sit studere illo in statu perfectionis; docet Christus mundum abluere: intendere in ampliore puritatem, atque professionis plenitudinem, collocata gloria in vita undecumque immaculata; quia nihil inquinatum intrat in gloriam: pedesque iubet abluere in omnimodam munditiam; quippequam in gloriam non ingrediuntur, ni totaliter mundenantur. At hoc *Tautolog. 3. D. 3.* Audi-

te Bernard. in *Gen. Domin. serm. 7. n. 4.* *Alti quid igitur latet (infini) quod necessarium est ad salutem; quando sine eo nec ipse Petrus partem haberet in regno Christi & Dei: Lotus est qui gravis peccata non habet: sed pedes qui sunt animae affectiones, dum in hoc pulvere gradimur, ex toto mundi esse non possunt; quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curiositati, plus quam oportet cedat animus: vel ad horam: in multis enim offendimus omnes.* Cura Christi tota intendit pro omnimoda puritate in abluitionem pedum, sedis venialium oscitanter affectionum; quippe contingit in decursu vigilantissimae vitae, de mundano pulvere etiam religiosa corda fordescere: Diabolus insidiatur calcaneo, ex quo vulnus concipitur, ut mors sequatur: Christusque discipulorum abluere pedes; ut diabolo decidat a cogitationibus suis: etenim totaliter loci non poterunt unquam mori; quia non possunt vulnerari. Ex parte pedis non lota, quibant procedere vulnera: quibus, pedetentim in mortem ruerent, qui parvi lacrum pendentes: unde cum Pater celestis illi discipulos, perfectione credidisset imbuendos; pedum pulverem abtergit, nec aliquid quanvis leve in vulnera praetermittit: igitur quod ratione aetatis vel initio conversionis apparet leve, aetatis devolutione ne exit vulnus deplorabile.

8 Haecine plurimi Rectorum zelo considerantes & non iudicio, urgent in opus; quasi non Dei meritis, sed currentis & volentis esset perfectionis munus: & cuius diligentia novitij caspitant, directione labant, flamma rigent, igne argent; quoniam velocitate impetiviva currunt, atque in praecipitia corruunt. De novis sacerdotibus novo ritu ad altare accedentibus, edicit Dominus: *Caput autem suum non radent, neque comam nutriant; sed tonsentes attendent capita sua.* De sensu liberali plura diximus, *Tom. 4. T. 1. a. n. 33.* Huiusmodi edictum omnino, ne errarent, figendum alit in mente directoris novitiorum. Caput horum ornandum, verum circumspiciendum ornamentum: etenim mens comitur cogitationibus, ut caput crinibus. Capite rasi, profectio ridiculi: comam nutriente, profani: & incumbendum, ne crines radant, nec comam nutriant; quia refecantes profanitate seculari, non nutriunt ita pavidam inanitate pectoris, quasi illicitae forent cunctae cogitationes; igitur specie acquirendi magno per perfectionem, scrupulis & quisquilijs amittit sensum & mentem. Ex superfuitate humorum crines insensibiliter procedunt: sine mentis

reflexione vagè orientantur: qui quidem non nutriendi nec radendi; ut Magister studeat vigilantiter directioni: igitur est superfuita indulgenda insensibilis, dum refecantur superfuita. Si quod sine sensu oritur, penitus raditur; homo ut non homo constituetur: relinquunturque necessaria, dum amputantur superfuita, ut consideretur in cogitantine, que succidenda vanitas, & superfuitarum cogitationum hoc in statu necessitas, quin attribuitur peccato, quod oritur sine sensu: alias essent homines in conditione carnis, & non hominum passionibus.

9 Comam non radant, nec nutriant: tantum tonsentes attendant. Quid est condere tendendo? Etiam in putamine crinibus cogitationum, moderatio; quoniam etiam scditas attondere sine modo. Ornatus crinium, quid non superfluum: praescindenda sane superfuitas erinium, que tantum extra ordinem spectabilis formae, atque recinctum modestia, qua cogitationes vigent, dicitur: que meditato, caput tonsentes attondent; quia si superfuita dedecorant, & necessaria compositionem efformant; refecando infillar crinium, ultra ordinem si creverint, superfuita cogitationum. Tonsentes attondent. Ordo sanequam capitis quiritur, dum ita capillitium tonditur & non raditur: etenim si in vocationem sanctam capitis cogitationes designantur per crines; qui vocati non radunt, sed attondentes in formam regularem attondent, studentes perfectioni, & Magister non desiccans a directione prudentia: quandoquidem qui evellere non valet cogitationum radicem, tonsura atque tonsura disponit cogitationes in ordinem. Comam Magistri militantium tyronum attondentes attondent: neque radent, neque nutriant. Dispositio ne celestis in formam discipulorum, ac directorum exemplum: etenim ius non est discipulus in superfuita nutrire, nec titulo Religionis spoliare. Vivaciter Hispana dialecto: *Superfluidades no las debe permitir, pero tampoco se les ha de pelar.* O Deus! sub silentio lateat, quia nates fugant. Nequam sanequam ita deformata forma.

*Spoliantur templa rapina.* Ergo in propositum. Tonsentes attendent. Mira ad modum putationis phrasim, ut in directione in Rectore floreat phronesis. Aegre fertur, quicquid succiditur: capillitium insensibiliter nascitur; & prout nascitur in cute, tondi debet: & forficibus prudentiae: igitur ita dextra manus dum superfuitates amputant; ut sensum tonsentes, qui tonsi nequaquam sentiant. Sensum, quoniam opus frustratur, dum impetè. *Abique ullo labore*

velut naturaliter ex consuetudine (inquit Dux Monachorum, *Regul. Sanct. cap. 7.*) *S. Bened. incipit custodire amore Christi.* Quid opus austeritate, quod valet & perici manufacturine? Dum magis urget imprudenter in perfectionem zelus, destruitur opus.

10 Agnus Paschalis (novitiorum in Religionem symbolum; qua de causa dicitur: *Afferte Domino filios arietum*) iuxta Rabbinos in forma crucis aptabatur obelo, & iuxta Novarin. in *Ag. Paschal. & Schediasm. sacr. 1. cap. 7.* fidebatur malogranatum. Veniant enim in huiusmodi formam crucis, ut carnem crucifigant cum vitijs & concupiscentijs (Vide Bernard. *serm. de S. Bened. ult. n. ultim.*) designaturque victimae malum granatum, ut minimè distet ab oblatione primum: equidem si crucis mortificat gravis poena, pendet in fructu corona. Sic ergo agnus mactatus sine ulla gutta sanguinis, uti sui tantum memor, fuorum immortor, in ara crucis; igni divino scilicet charitatis applicatur, ut paulatim ad ignem inasletur. *Eaent carnes (dicitur) assas igni.* Cur assas igni & non igne? Hispanice: *Al amor de la lamore, no en el fuzgo.* Lento nimirum igne, ut late suo loco, *Tom. 3. T. 4. a. n. 46.* Ut perficeretur palato gratum, nec commoveret stomachum: quapropter subditur: *Non comeditis ex eo cradam quid, sed assum tantum igni.* Claret speculam directoris ne delinquant omissione; nec erret austeritate. Crudus enim & insipidus animus, ni ad ignem mortificationis applicaretur novitias. Nullius succi, modo nimio rigore, severitate censura, esset totus & non assus: applicandusque igni, ne degat in tyrocinio sine mortificatione: & non in igne imponendas, ne suffocetur spiritus: igitur nimia vexatio (ita ut non passim atque passim lateat acquiratur perfectio) non est agnos lactentes igni affari, sed igne sine delectu torrefi. Quis habitabit ex vobis cum igne devorante? Nihil violenter perficitur: nihil nimis; quippequam fatum moriuntur, dum optantur immortales.

11 Nupte Thedis Nanten mortali Peleo, à quo filios facundia suscipit, quos cum sub igne per noctem occultaret, ut quod mortale esset absumeretur; mortui sunt: ait Natali à Comitibus. *8. Mytholog. cap. 2.* perieratque Achilles, est virtutis carae; ni a genitore raperetur ex igne.

Ut ait Agamestor in *Thebid. epithalam.* Idoli Moloch victimae erant pueri, impositi in igne. Vide loc. cit. & *Ephem. 19. Decembr.* Videtur plane sacrificium diaboli, dum in-

Psal. 28. 12

Agnus Paschalis fidebatur cradatum, in modum crucis

Exod. 12. 84

Verf. 24

Si nimius Rectoris est, novitiorum suffocatur spiritus

Nat. Comi

Agamest.

Igni applicentur, sed non comburantur.

Platarch.

Nac levis ille error dissimulandus.

Quod videtur leve, postmodum sunt letibale.

Stat.

Unde vulnere rabili dicitur

Ioann. 13. 10.

Sed pro Ut. 7. 8.

Tus Apostolici viri, stude perfutioni.

Bernardi

Qui coros levis, fugiet gravia.

Ezech. 44. 20.

Non omnia Novitiorum dicenda peccata.

Que facta sine confessione, invidi genda.

Vel in putamine perfectionis debet esse modus.

Lucan. 3. v. 167.

Ita superfuita Rectore attondente, ut eius sensus nec sentiri.

fantes igne tolli: equidem dum applicatio- ne optabantur frugi: excessiva flagrabant applicatione: ita ut agni novelli non essent cibus hominis: sed cibus ignis. Non secus cogitat sepe infatuatio Rectorum, agnos pascuntur: cum ne sint in igne, sed igni, hoc cum omni mensura & ratione: inquit Gloriosus Benedictus, d. cap. 70. Urgent in continua exercitia virtutum, quin sit virtus exercitium continuatum, ut ascendant in montem perfectionis, si laesis non datur requies. Multo melius est, quotidie parum (inquit Hieronym. Epist. 10.) quam raro satis sumere. Pluvia illa optima est, que sensim descendit in terram: subito & nimis imber in praeceptis, arva subvertit. Fervet opus, & urgent: non ut ambulent, sed volent: & cum angore feveritatis, & ulatione ignis fatiscant, atque refrigerium quaerant: vel frigiditatem in igne positi contrahunt, vel è fastigio precipites eunt: igitur semper claudi in vita Monasticæ perfectionem; quippe compulsi praeproperè obtinere cacumen. Volant immortales fieri in icu oculi, qui fieri valebant immortales dato tempore: sub igne vel super ignem impositis cordibus, quin unquam spicendeat virtus: equidem applicari ad ignem igne pro voto immortalitatis; est vaporatio virtutis: nimio quippe ardore ex directione imprudentiæ, nequaquam novitij in virtute consummantur, sed consumuntur. Vulgò: Es quemarolos, consumirlos, no sazonzarolos. Cato Dionys. in Gnom. ad filium, lib. 2. succinit: Quod potes, id tentes: operis ne pondere pressus, Succumbat labor, & frustra tentata relinquant.

S. Bened.

Hieron.

Cuncta sensim ob extrema vitiosa.

Dionys. Cat.

Bernard.

Yandem idem in materia.

Sit pedetentim.

pedetentim, lentà festinatione in propositum; ne fugiat oculos insidiosè præcipitum: etenim paucis concessum singulari Dei gratia, subito ascendere in summa.

— Paucis, quos aquas amavit

Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

Sanè in multis fortuna sine flore est, ut inquit Plinius, lib. 16. cap. 25. at tunc fructus totus flos, visu profectò speciosus: sed quid flores arefcentes sine fructu? Quod citò dicitò perit. Appositè Otho-Vanius, Amor, Emblem. 110.

Ut subito incensa est stipularum flamma, citòque

In cineres, stipulà deficiente, cadit; Sic properatus amor subito evanescit in auram.

Principium fervens sepe tepere solet. Data Eurydice Orpheo, cum exoraret pro restitutione Deas; concessio munere, ni eam videret, quousque ad superas felix evaderet auras. Voluit videre, an ascenderet, & illa subito evanuit. Videbimus, Tautolog. 5. D. 1. n. 7. Unde Senec. in Hercules, fur. v. 588. inquit: Munus dum properat cernere, perdidit. Si properat, errat: etenim si citò, dum cogitat in superiora, quasi in summis ascensum, prospectabit præcipitum: quem præsumit ut miraculum, florentem; quippe præmaturè floruit, versus in ariditatem.

13 Magister noviter militantium in cordium reformationem, exit sollicitè feminare semen. Pro conditione & statu recipientis, quod semen tendit in fructum: usuvenitque vel in recto seminantis proposito, quod meditante legitur in Evangelio. Quæ super petrosa, continuo exorta sunt: ait Matthæus. Marcus verò: Statim exortum. Denique Lucas: Natam aruit. Cur ergo à Luca ariditas in nativitate exprimitur, ubi duntaxat nativitas à duobus alijs refertur? Vix natum sine vigore, & virtute? Nil mirum: statim, continuo natum. Ut possit in fructum nasci, opus erat & tempore & tempore, quo possent radices mittere: statimque aruit, dum statim prodijt; quippequam nullam quibus habere virtutem, quod radices non habebat in virtutis perfectionem. Miraculum solet videri Magistro, quod in tyrone citò nascatur instituti perfectio. Non est miraculum, sed ariditatis signum; quod debet flere, non plaudere: principium fervens sepe tepere solet, qui citò prodit, arefcet: etenim si gradatim acquiratur virtus, sensimque in virtutem obtinetur profectus; nec ulla spes virtutis ac perfectionis, ubi in electis à

Virgil. 64. Encl. v. 129.

Plin.

Oth. Van.

Senec.

Matth. 13. 5. Marc. 4. 5. Luc. 8. 6.

Sine radice quod fleret, arefcit.

Ovid. 8. Met. fab. 30.

Matth. 4. 5.

Luc. 3. 27. In novitio repente profectio, est diabolica tentatio.

Viger.

Ver. 6.

Ascensione præcepti ruit

Et deorsum ut alitatur descendit.

corde nunquam mittuntur radices.

— Nocet temeraria virtus.

Quandoquidem quod videtur miraculosa profectio, est fatanz versipellis artificiosa tentatio.

14 Recessit Assertor N. in desertum, ut ex suis tentationibus cognoscerentur species tentationum. Vicit Christus primam, & inimicus excogitavit aliam. Tunc assumpsit cum diabolo in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi. Si describitur Monachus, ubi in desertum recessus; planè redoler tentationem, ex deserto assumi à diabolo in civitatem. Vid. Tom. 3. T. 8. D. 2. n. 5. & hic Tautolog. 7. D. 1. A diabolo igitur collocatur Christus super pinnaculum templi, quod non vacat tentatione. Ipse Iesus erat incipiens: in munere à Patre credito: subdit Ianfenius. Novitio haud congruit in virtutem, ac in eius fastigium volare, sed pedetentim ascendere: diciturque tentatio; huiusmodi in cacumen sanctificationis assumptum; quoniam sanè à diabolo, incipere novum religionis institutum, & repente videri supra virtutis pinnaculum. Monstruosum fuisse (inquit Cardinal. Vigerius in Decaborda, cord. 1. titul. 18.) effigiem hominis videre volitantem. Non hominis est volare, sed gradi aut currere. Omnino monstrum, quod à nescientibus plauderetur miraculum; tentatioque diabolica, subito tentare fastigia: etenim impetè & assularim sustolli in aëtem; erat ex monstrifosite præparare precipitum. Pende. Ibi diabolus Christum statuit, & dixit: Mitte te deorsum. Assumit in ascensum, ut descendat? Imò ut ad saxa allidat, vel crura frangat; notato periculo, fastigio templi occupato: igitur qui pennas ab illo assumpsit, plantas amitteret; quoniam huiusmodi repentinis spectaculis ita collidit tractis cruribus volentem, ut ad virtutem excessum nec possit movere pedem. Primò in assumptione suadet, quod volent; ut præceptis corrumpat, deinde. Diversa videtur suggestio, sed tantum differet in modo: quandoquidem idem est incipienti iter virtutis, commendare volatum; ac iubere ex fastigio precipitum. Mitte te deorsum. Non solum ut illic mittatur, sed quod deorsum missus præceptis spectetur. Indicant ipsa verba tentationis, quod plorandum, sed cavendam in profectioe virtutis: igitur qui cupit attolli impetè in excessum; semper præceptis & deorsum. Ut quid ita in pinnaculum assumi, si gradus erant scalæ? Summitas si in pinnaculo Sanctuarij; per scalam tuam concedebatur ascendere: siquidem securus atque minus laboriosum in periclio-

Tom. 3. T. 8. D. 2. n. 5. & hic Tautolog. 7. D. 1.

Tom. 3. T. 8. D. 2. n. 5. & hic Tautolog. 7. D. 1.

Tom. 3. T. 8. D. 2. n. 5. & hic Tautolog. 7. D. 1.

Tom. 3. T. 8. D. 2. n. 5. & hic Tautolog. 7. D. 1.

Tom. 3. T. 8. D. 2. n. 5. & hic Tautolog. 7. D. 1.

Tom. 3. T. 8. D. 2. n. 5. & hic Tautolog. 7. D. 1.

Tom. 3. T. 8. D. 2. n. 5. & hic Tautolog. 7. D. 1.

nem, procedere sensim in virtutem & gradatim. Quia volare singulariter est, optat diabolus; & cum damno proficientis perit que apparebat virtus: igitur dum sic & sic videntium atque mirantium conciliare intendit plausum; demonstrat & præcipitum. Novella arborosa (ait Plin. lib. 16. cap. 26.) carent fructu, quandiu cresunt. Quid optimo? Sat quod novella crescant; ut tanti periculi, quod emineant. Sat in observantia forma, si novella plantationes in juventute sua. Magni est, ut canit Manilius, 1. Astronom. cap. 6. v. 45.

Nec certos excedere luminis orbes, Sed servare modum quo crescat atque recedat: Ne cadere in terram pendencia sidera celo.

DIDASC. II.

Perperam eligitur, quod voluntas & non ratio suffragatur.

1 Inter Loerensium leges, ut à fastu & tumore essent alieni Primores; Gratiam & Odium Zeleucus velus pestes exitiales à iudicij procul haberi gravissimis verbis & paucis præcepit. Ita Ubb. Emmius in Loerens. Republ. Originem cunctorum malorum ex duplici adverso cordis affectu indicavit, que grassantur maximè, ubi Respublica magistratibus constituit: exitialesque pestes vocat propter effectum: equidem quid à peste nisi corruptela morum? At nisi purgatum sit peccus, que praelia nobis

Quanta conscindunt hominem cupidinis acres Sollicitum curæ? Quantique perinde timores? Quidoe superbia, quid luxus, desidiosque? Critici bambaliones, & primates auctoritate elati gratiæ & odio mira dicunt de lente, & ranarum conditione, consulentes primum sibi: vident falsa & stulta præ tadio & benevolentia; quin peccantium aperiant iniquitatem; provocantes in errorum penitudinem: imò ut magis magnificentur à fatuis, fingunt assumptiones falsas & eiectiones. At hoc aliàs opportuniore loco. Edificam adificatione edificavi: est textus Tautologia. Quis enim dum fabricam format, adificatione adificans non edificat; ut moles surgat in adæquatam fastigium? Gratia & Odium. Unus de-

Plin.

Manil.

Ubb. Emm.

Lucret. 5. v. 44.

Vanas Vocatum à Præfide sanctorum.

3. Reg. 8. 13

destruens & unus edificans, quid illis nisi labor? Edificatione edificatur, quando quicquid fabricatum à meritis, à fastidio non destruitur. Non edificatur edificatione, ubi gratia propria indigni, destruens favore edificium; quippe ad honorem non habet meritum fundamentum: edificansque edificatione ostenditur, ubi sine gratia & odio in honorem benemeritis assumitur; quippe infortia erigit ratione usque in fastigium dignitatis præclare undecunque meritum, super prætorium, stabile fundamentum meritum.

2. *Amor odiumque* (ait Ptolomeus, *I. Centiloq. 12.*) ne vera eveniant iudicia prohibent: siquidem minuunt maxima, & augent minima. Animus est cum his affectibus in consulendo & iudicando adinstar dioptræ, seu optici tubi. Amoris aspectu, à centro in circumferentiam, quo minima maxima: oculis odij, torvitate rigidis, à circumferentia in centrum, ubi maxima minima. Quare Seneca *Epist. 42.* inquit: *Sæpe maximum pretium est, pro quo nullum datur.* Prava sunt iudicia ad verum indicandum horoscopus; quia huiusmodi affectus nullum habent iudicium. Unde in electionibus & nativitatibus iudicandis, nil valet odij nec iudicium amoris quippe non vident dignitatem ascendentem, eius qui natus in lucem. *Qui eximie diligit, eximie odit:* inquit Homer. *15. Odyss. v. 70.* igitur duntaxat ut destruat, edificat voluntate, quod erigere debuit sola ratione.

*Venerunt fructores tui destruentes te:* dicit propheta Evangelicus. Quinam destruentes Rempublicam, fructores? Corrupti moribus Principes. Vide Sanctium, *n. 88.* hi enim electi in virtutum edificium; & tantum civibus deserviebant in scandalum. Maluend. *Festina verunt filij tui, destruentes te.* Destruentes & filij! Malum nã grande: nullum malus, quam quos genuit in gloriam, genuisse in ruinam: etenim eò pervenit furens molimen audaciz; ut intenderent viribus matrem destrueret. Quid si alieni, quam prostrare filij? Alij: *Venerunt fructores ministri tui destruentes te.* Arbitror ministros, animæ rationales potentias; in quibus eius præfulget auguste auctoritas, dirigens ad cuncta regimen per voluntatem rectam, vigilemque rationem: hique ministri pravè destruant quod rectè construunt; quippe verum & bonum in electionibus ut corrupti non sequuntur, saltem sequentes ut verum, & pessimum ut bonum; quandoquidem voluntas affectione remouetur à regimine rationis, & ratio corrupta sequitur affectiones cupiditatis voluntatis; ex quo in peccata atque munera peccatis.

3. Ornatur fabula prisca. Vates Ethnici finerunt sine utilitate, quam ambiciosi rimantur crebrâ fictione; ad aures Iovis hominum pervenisse flagitia, garrulâ fama, quæ inquisitione factâ, invenit Sole clariora. *Nil mortalibus arduum est.* Ipse post & bile commotâ fallus.

*Contigerat nostras infamia temporis aures: Quam cupiens falsam, summo delabor Olympo,*

*Et Deus humanâ lustro sub imagine terras.*

*Longa mora est, quantum noxa sit ubique repetitum*

*Enumerare. Minor fuit ipsa infamia vero.*

Unde illi sedit animo novas condere leges, quippe irrationales mores; ut viverent homines uti rationales, reformatis ac punitis ferro & igni corruptellis. Quare ut terrigenæ habitantes in mundo, potenter instat immortalium celos decrevit capitis nutu presentia ferenda in comitia generalia, omnia congregari Numina. Ingemit.

*Concilium vocat: tenuis mora nulla vocatos.*

Cum vocati Deum in Concilio respicere debeant; ex Dijs formatur tribunal. Pater Vocalibus in electionem exemplat, & in leges ferendas fulgidè iubar: equidem sine errore quilibet iustum statuet; si uti Numen Vocalis sese respexerit.

*Ergo ubi marmoreo Superi sedere recessu.* Discussum sessione prima, quæ legitima suffragia; ne adulterâ conditione schedularum, cunctorum Numinum frustreretur votum. Veram cum vel inter Numina sit propria unicuique sententia, & aliquando tenaci corde & iudicio (quippequam placet aperto occultè vivere voto) variè procedebant vel coram Iove Vocales, iuxta singulorum liberas inclinationes.

*Cunctique fremebant Callicola assensu vario.*

*Dicta Iovis pars voce probant, stimuloque frementi*

*Adijciant: alij partes assensibus implent.*

4. Calcavit limina conclavis scintillans præceps Vulcanus, fastidio atque irâ pene furiosus; quippe in atrio Regis viderat mutuo sibi gratulantia, horrida, silvestria Numina, fera, aspera, barbara, hispida, fetis lucida, circiter homini ignota; quæ quidem femicapræ, aut semiviri, caudâ insignes, ridiculis inbis, galeati cornibus, ac barba aruncâ repumicati gestibus, omnibus risus. Haud displicebat, si dialectis vulgaribus voces profero: *Una chusina de salvages, una Deidades cerules, unos Dioses montaraces, una magestad*

Horst. 2. Od. 3.

Ovid. 1. Metam. fab. 6.

Concilium Dtorum

Ibid.

Ibid.

Virgil. 10. Aeneid. v. 96.

Ovid. d. fab. 7.

*en pelo, soberanos sobrepeyne, Faunos, Satyros, Silvanos, ò Dioses; ò Dioscellos, riatculas raras figuras, entre barba, y penachos medio hombres y medio cabras.*

*Sunt rustica Numina Fauni, Et Nympha, Satyrique & monticola Silvani.*

Sedit ergo Vulcanus, turbam pertaxus; sed usque in nauseam iratus (uti fugace colore signavit vulsus) dum ibi vidit Numen Momum, quasi esset Numen: in quem cum alijs Numinibus Magnis insidias meditanter instruebat, quoniam opera illorum in electionibus solutissimè riserat. Incute igitur punctus, quin presentiam ferre posset, haud sine turbulentia, & coram Dijs, sicine silentia rupit: Callicolæ Magni, Omnipotens rector Olympi,

*Quid me alta silentia cogit Rumpere & obdussum verbis vulgare dolorem?*

Virgil. d. v. 63.

Noctent prudentie decretis plures Vocales.

Nunquam concilia obtinent exitus ad votum felices, ubi in illis plurimi asident Vocales. Totum in nihilum & rotum nihil, modo cuncti sint aliquid. Nihil superius est, nisi inferius aliquid sit: & erunt aliquid alij Vocales, nisi fuerint omnes. Pender electionum, decretorumque plausus à prudentia ac discretione; nequaquam à multitudine, quæ multoties sine capite: maximè dum calculus ad arbitrium rustici Numinis, perinde est ac in manu supremi Iovis.

Ovid. d. 11. fab. 1.

*Omnis calculus mittitur in urnam.* Carboneo aut cretâ notat, quæque placent sequenda, vel vitanda. Peltis hæccine vitanda, igitur in huiusmodi abufum non est patientia. Non est, verum sit: sed nequit esse ad aspectum Momi, omnino fanatici, qui uti (licet indignè) Vocalis, hic & coram nobis (non habet) occupat auctoritatem sedis: quem ego::: vox faucibus flammæ peccoris heret. Quo iure Momus hic & augulle, qui de nihilo ac de nullo loquitur benè Cunctos & cuncta capit, omnia & omnes tenaciter mordet quin Deus claudus, bonus Deus, ut me videtis, possit movere gressum, quòd eius non moveat risum, quatiens salivam, vomentis fannam, effluentis scomma, effluentis dicteria, fulminantis convitia; qui quidem vel in Superiores torquet os, vibrans ex dente canino sal, colore facietiz, cuspidè lanceolæ, scalpelli acumine, ludio perverfus, gerro malignus, undique cacus, vel silentio Cynicus, mordax, petax, protax, dicax, & adunco naso dicibulus, infamis cavillator, vilis derisor, blaterator bucciferreus, totus ludus, totus iocus, nugæ & nugæ sine fronte, totus iaculum, cun-

Conditio Momi.

Tom. VI.

ctorum irrisio, atque derisio cunctorum. Hic hic! Pudet, quippe scetet. Hic & uti Numen! Exercitia dicit nomen: etenim, nisi fallor, nec Numenculus, qui vel inter balbutientes nec homunculus. Hic adeste audacia est nobis rubor. Unde mihi sedet, nec devio sensu, quod hiccine mimus actutum exularet à Senatu.

*Gonfremuere omnes, studijque ardentibus* Ovid. d. 11. fab. 6.

*Talia deposcunt.*

5. Iò triumphæ, auditum ex oratione fulminantis Vulcani: continuoque editum à Regia exilium: equidem dedecus ille Numinum, atque equorum opus probrium, quòd inter dispares dotes, honores essent æquales. Noto factò decreto vivâ voce à Senatus secretariis: deofsculans Momus super caput impoluit, rogavitque ut coram Numinibus cunctis liceret sibi in consistorio pleno verbum loqui; ius cum sit omnes audire. Annuitur fateor (dixit) Numen Momi minimum quidem, sed Numen. Nil mirum: tenuere

*Calmicola, & annas & mergus & anfer.*

Mantuan. Eclog. 8. v. 58.

Ita ergo Serenissime, sive Ignivome Vulcanæ, bona verba: honos & honos: non fumus inter feras. Numen meum ab his habetur conversationis lepor, ab illis gratia & venustatis sapor, optata festivitas, aulica urbanitas, lepida factitæ decor: ab alijs puerilitas, ab alijs piperis labor, & sales acerbis & in risum & in fletum: etenim nunquam critica (est) dulcia, modò scommata) alios provocant ridere, quin alios ex punctione stimulent lacrimari: quæ quidem lachrymæ amare, dum iuvat indulgere dolori, corde intimè vulnerato, ridente sed Sardonicè vultu. Si placet Superis Momi exilium; mihi quia gratum Superis, placet: ar magis gratum & cunctis commodum, quòd à nocentibus purgaretur Concilium: quandoquidem cum Vocalibus, dux personæ (seu affectus personati, quippe incogniti) ingrediuntur usque in penetrabilia, nonnunquam quiete perturbantes comitia. Ingrediuntur, sed non exeunt; igitur in exitus intentionis, unus repletur calculis albis, & alter calculis nigris, coloribus cordis, quibus unus pingit homines simias, & ab altero simijs adhæret hominum claritas. Hi sunt *Amor & Odium* (Nostrates dicunt: *Affectio & Desaffectio*) sub habitu Erynnis, ac cupidinis volatilis, fursum ac deorsum sensim verentes, perverentes & evententes totum Senatum; scaturigo & fomes omnium malorum.

*Mobilis ut facies, ita mens deludere gaudens:*

O 2. Quod

Amor & odium pessimi electorum.

Ptolom.

Senec.

Sine iudicio.

Homer.

Isai. 49. 17.

Maluend.

Construunt destruenti.

Amor & odium in comitijs personata.

Manruv. Eclog. 9. v. 87. 10. v. 51

Quod dederat tollit, pensi nihil, omnia casu.

Impatiens animo, nec corda nec ora gubernat.

Quicquid ait, vanum est: quicquid molitur, inaptum.

Haud sententiam ferre valeo in hoc cervice periculum removendum: verum si aliquomodo contigisset arbitrium; statuerem, quod si me, quia cuncta noto, vel carpo, ac in cunctis offendo, Superi è Senatu ablegant; illi exire debent, quia in nihilo caspitant. Vigilantissimè vernaculè: Si à mi, porque reparo en todo, me echan fuera del congreso; deben amor, y Odio salir fuera, pues no reparan en nada. Aquà & igni claro iure interdiciendū; quippe clausis oculis suffragantur & refragantur improvide. Ni amandentur & ultra decimum lapidem; nec vestra capiet discordia finem.

Ovid. d. fab. 4.

Protinus irramper vena petoris in ævum Omne nefas. Fugere pudor, verumque fidei que

In quorum subiere locum fraudesque dolique.

Perfidiaque & vis, & amor sceleratus habendi.

Ibid. fab. 6. & Virg. d. v. 98.

6 Obstupere Dei. Tenuerunt silentia cuncti, ac murmura ceca volutant: etenim quæ terra patet, fera regnat Erynnis. Exemplò à love cultodibus præceptum tam accessis, quàm attentibus, totam explorari sacram domum, senaculum, angulos, abdita, penetrallaque obscuriora, maxime in conclavi; & ubicunque huiusmodi perduelliones, avelli. Protinus factum, sed nihil inventum; ut afficerentur cum exilio gravi pena huiusmodi aulæ & capituli ludibria: ita ut multorum cordi federet sinistra ex Momi cognitione cogitatio; commentum prorsum à Momo, ut Numina fatigaret, & halantia præ dillgentia rideret. Rursi ille profectò; & interrogatus ubi eiusmodi Lemures, atque pestes exitiales? interripide respondit: Hic sanè sunt in damnum, verum non ubi queruntur. Frenit Vulcanus, quia laudibus non extuli eius hominem ferreum; quasi ornare hominem, esse inflexibilem. Holis & infensus est, quia sit offensus; quoniam in præfata imagine chrysalium desideravi nudo pectori: equidem molestum rationali, vivam occulto corde invenire perfidiam, & pro homine carneo ferream statuoam. Haud possam in facturis laudare, quod debet corrigi. Satis sit. Venus oblique torvè respicit, quoniam eius crepidarum tridore, sale, quasi pipere, carpsit. Iudicium sit penes vos: mala Venus est, sed

Note Momi in Deorum factu.

peius audit, modò strepèret. Sequuntur factionem Neptunus & Minerva. Hæc in me insurgit, quia eius domum trifuralem desideravit. Quis non optat? Hocine Mineram gravat? Nonnunquam bonum, posse vicinam removere malum. Neptunus succenser, quippe eius taurum derisi malè dispositum. Quis ita formaret? Non præ oculis sed in temporibus cornua ineptissimè posuit; fovens opere tyrannidem, dum taurum finxit uti symbolum in regimen. Græve enim subditis, si indoles taurina occurrat, non respicere quomodò & quando & quò petat. Vulgò: No mirar como biere, es nocivo; y mas si tiene el natural de un toro. Vid. Aristotel. 3. de Partib. animal. Hygin. lib. 1. fab. 164. Hesiod. in Theogon. v. 790. Natal. Com. 9. Mytolog. cap. 20. & Lucian. Dialog. de Hæresib. & in Nigrin. fuscque Chartar. in Fortun. fol. 313. Hæc, inquit, non diceret Nemesis, si diceret optimum; habens in os frenum, atque regulam ad manum? Quorsum in me iurgium? Affectio, imò odium, faces pectoris inflammat. Ridentem dicere verum, quis verat? Ergo in pestes. Dixi iam hic interesse, sed difficile inveniri. Singuli igitur Deorum mittant in sinum manum; & inveniet statim serpens in cordibus toxicum.

Vulnera possessis altè fessisa medullis.

7 Cum passio Divum, nullas habere passiones, quippe affectionum expertes; tuncque haud aperire sinum, videretur suspiciosum; nudo seu nudato pectore, apparuerunt sine numero tipula, insecta entomaca, sinibus cordium, etiam Numinum, latentia (Nostrates: Cien sabandijas) læcèræ cerastæ, simiz, variegatæ mufcæ; ipsis Numinibus horrorem incutientes specie coloratæ monstrositatis.

Omne supervacuum pleno de pectore manat.

Ficta voluptatis causâ.

Ipsa Numina sese fugere; ex partu vel abortu confusonum, pectore scienter, vel nescienter sovente toxicum aspîdum; igitur quod cordis videbatur affectus, erat virus & ulcus, in formam Cupiditis cordi festivæ cuius

Mollia lambentes finserunt membra cerasta.

Expavit tremulus, & ad visa Iupiter horruit.

Exilit è sella propter munus in iurias: & cum esset deslorata maicestas;

Dignas love concepit iras.

Cælicola Magni, quantum sententia vobis versa retrò, tantumque animis certatis iniquis?

Exitium magnum!

Claud. 2. Eutrop. v. 13.

Horat. de Art. v. 337. Amor & odium moftra.

Virg. d. 10. Eccl. v. 409.

Claud. 1. in Rufin. v. 96.

Ovid. d. v. 4. Virg. d. 4. v. 6.

3 Reg. 7. 2. 19.

Vel-

Ecclesiasti abieganda.

Id. Ibid.

63

Statua Momi.

Virg. 10. Eccl. v. 409.

3 Reg. 7. 2. 19.

Vel-

Vellicat in ultionem aufus vel pacificum animum, videre (dixit) huiusmodi geniola, crocatala crepundiaque in gremio Numinum; plusque quòd laterent Divorum auctoritate in relaxationem mundi: equidem in corruptis reformatibus orbis reformatio, plena est hominum corruptio, volentiam deaurare prava, quippequam auctoriam Numina. Semper affectiones iniquæ: verum in his iure potiore, qui in reformationem orbis sunt ad comitia vocati. Unde ut capitulum esset iuxta leges, stabilitate iuris, sine gravitate cordis; Tunc pater omnipotens rerum cui summa potestas, Substitit ut clamor, pressus gravitate regenti, Iupiter hoc iterum sermone silentia rapit: Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.

Inmotæ mente, iudicio inviolabili, pragmatica sanctione; visis visis, Visum est nobis; duodecim tantum fore in decapitatione Vocallium, Deos ad decreta Consentes (Adi Cœlium Rhodigin. lib. 2. cap. 7. Natal. Com. d. lib. 8. cap. 24. L. L. Gyrard. syntagm. 1. num. 19. Homer. 19. Iliad. à v. 126. Manil. 2. Astronom. cap. 12. & August. 4. Clor. cap. 23.) Numina rusticæ, barbata, & hispidæ fetis, nunquam egredi extra montes. Cupidinem, plumis evulsis, vel resectis alis, ex caelo expelli, atque detrudi in mundum. Erynnim adamantinis catenis vinciam impelli in barathrum. Momam desineps non vocari Iovem, neque Sannam; sed Conscientiam, cuius statua collocaretur in medio senaculi, nudo pectore; ut ibi viderentur uti in perspicua crytallo, virtutes uti virtutes, affectiones affectiones, merita merita, dotes dotes, indigni indigni, digni benemeriti, iustitia iustitia, gratia gratia; quin devolvatur in gratiam, quod pertinet ad iusticiam. Ita rectè & recta cunctæ: ceterum edicto Lovis ignescunt, ardescunt, tabescunt Numinum corda, clavis cuniculis;

Ille sedens victor flammæ despectat ovantes.

3 Hæcine prisca fabula haud eget glossa; sicut egent medicamine vulnera, pedetentim ne exulcerentur actacta: igitur ubi pectus faucium apside ambitionis, reflexione acuminis, etsi suaves, leves, dulces voces, quantavim videat tactum, uti lesum introrsus, indicat ictum. Opera filij in columnis templi Salomonici erant efformata capitella, ubi simul malogranata & retiacula. In lilijs spes signatur: & in capitellis lilijs flos haud sine symbolo ostenditur; quippe nemo sine spe ingreditur in capitulum. Ma-

logranata coronæ exprimunt dignitatum honorem: retia verò in capturam molimen: & in capitulis ad malogranata tenduntur retias igitur in tractu (& iactu electionis, spe muneris, honore ostentante gloriam) incumbunt explorantes in piscaturam. Floridè Seneca, Epist. 19. Clientes! Nemo te ipsum sequitur, sed aliquid ex te. Amicos? Olim amicitia petebatur, nunc prada. Hinc Senec. Retiacula, 2. Paralip. 4. 12. legitur: Quidam retiacula. Quorsum quedam, indeterminatè? In capitulis cunctis retiacula: sed diversimodò cordi. Alius sic, alius verò sic piscatur; ut disponitur; & alius sic expiscatur, ut piscetur. Maluenda pro retibus apponit Convolutiones, intricaciones. In sua singuli disponunt rete, ne ex iactu propositum sit inane: convoluntionibusque in capturam cogitant modum; ut dignitati inclusa non sit effugium: etenim sæpe videmus indocentis conferri dignitatem, propter solam inclusionem. Cuncta hæcine ab affectu pendente, qui sine mensura habet mensuram in regulam; atque pondus sine pondere, libramine voluntatis seu cupiditis proliubij; quod totum abominabile: equidem cum nihil ad examen rationis mandares filij boninum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum: in idipsum proculdubio, quocunque librat affectio: quandoquidem quod deprimitur, vel extollitur, totum vanum; respicientes affectionem, ob futilem vanitatem: de quo latè Tautolog. 9. D. 5. & 6. diximusque, Tom. 4. T. 6. D. 6. v. 13. Totum ambitio est, & ubi rete plenum lætanter dicitur pax: verum si rectum iudicium, tantum est pax peccatorum sine ullo dolore vulnerum. Expectavimus pacem & non est bonum; quia perturbatio ex curatione affectum; qui sanies removeatur à corde, quippe ulcus dulce. O tempora! O mores! O conscientia! O Dei iudicia! Pacis vocatur quies, tota procella ambitionis!

9 Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat: dixit affecelis Iesus. Supponit pacem in mundo, ceterum amandat modum: igitur vera pax est, non quomodo mundus dat. Modus pacis mundi, est pax commodi, non commodum pacis. Pax mundi pro cordis affectus habet usus: in emolumenta pacis velamine tendit modus: Christifusus in pacis abundantiam, pacem demonstrat suam; quoniam in illa haudquam pacis colores, in propriis utilitates. Pacem Salvator dat mundo (ait Seleucienf. Homil. 5.) non quomodo mundus dat; ut sciat mundus reprobare malum & eligere bonum. Eligere & reprobare? Utique, quin sit forma

Vocallium unusquisque sibi constit.

Senec. 1. Paral. 4. 12.

Maluendi.

Artes ambitionis.

Psal. 61. 10.

Dicitur sancta spes in comitis pax.

Ioan. 14. 27.

Basl. Seleucienf.

Pax vera ex  
electione, &  
reprobatione

ma nec species pacis pax mundi entitate  
modi; quippe in veram amicitiam, ad pro-  
positum pacis non habet formam. Glorio-  
sus Patriarcha Benedictus brevi compre-  
hendit extrema; quos prudenter vel impru-  
denter ad electiones procedunt sana vel in-  
sana corda. Signat enim zelum charitatis &  
zelum amaritudinis. Zelum bonum & zelum  
malum. Sicut est zelus amaritudinis malus,  
qui separat à Deo, & ducit ad infernum (in-  
quit Regul. Sancti. cap. 72.) ita est zelus bo-  
nus, qui separat à vitijs, & ducit ad Deum  
& ad vitam æternam. Conveniunt enim in  
nomine, verum in gestis averfi: equidem  
cum pax debeat procedere ex corde, addi-  
cto iuri atque legi; dum videtur fulminare  
flammâs, bibrare prunas, ciculare sagittas,  
in signum peccatoris extremum usque zelosi,  
sulphureus pulvis, glandes, scintillæ, fulmi-  
na prodeunt ex amaro peccate. Non enim  
focum charitatis ostendit amarissimus zelus;  
sed indignationem & iram & tribulationem  
per Angelos malos. Hic non paci  
ad amicum modus, quantavis observet  
mundus. Est modus pacis veræ in electio-  
ne atque reprobatione: ut cum volitant veli-  
cantes species dignitatum; cognoscat mun-  
dus (cui ad pacem deficit modus) eligere  
in culmen honoris bonum, atque reproba-  
re malum. Didascalij seq. ostendam, ex er-  
rore, Reipublicæ imminere gravissimam pla-  
gam: equidem plerique malignè tenaciter  
eligunt, quod iustitia præcipit reprobare:  
alii protervè reprobant, quod iure debent  
eligere. Hæc damna ab amore & odio, quæ  
fovet factio aut affectio, evolentes vota, ac  
cordis pravi demonstrantes vitia.

S. Bened.

Zelus fuc-  
tus.

Pauci dignoscere possunt  
Vera bona, atque illis multum diversa;  
remotâ  
Erroris nebula. Quid enim ratione  
timemus,  
Aut cupimus? Quid tam dextro pede concipis;  
ut te  
Conatus non peniteat, votique peractis

Iuvenal.  
Satyr. 10. à  
72.



DIDASC. III.

Regimen amoris & odij pro-  
fecto sine regi-  
mine.

NI cordibus & latenter domina-  
rentur huiusmodi pestes, ce-  
lestes essent ad honorem electiones. Malum,  
quod ducta voluntatis interit; sed peius;  
quod incognitè vigent. Quis cognoscat?  
Hoc opus & labor, siquidem ut latent, spe-  
cie immutatur color.  
Hæc igitur qui cuncta subegerit, ex  
animoque  
Expulerit dictis; non armis; nonne  
decebit,  
Hunc hominem numero divum dignariæ  
esse?

Lucret. 91  
v. 50.

Odiu cæcum est, cæcus & amor: uterque  
& affectus furor: igitur qui ad concilium  
accedunt homines, consilij patent amantes.  
Horum omnium sermo vitandus est. Hi sunt  
(ait Senec. Epist. 123.) qui vitia trahunt,  
& aliud aliudè transferunt. Quanto satius  
est, rectum sequi limitem, & eò se perdu-  
cere; ut ea demum sint iucunda qua honesta?

Seneca

Varij esse  
sunt officij  
divinum.

Cur ergo deviat à ratione voluntas?  
Errat errantem in præcipitium auctoritas: cal-  
caturque gaudibundè semita erroris; quip-  
pe timeamus & cupimus. Errat corde: in-  
tentioque felicem fortiter exitum, sine  
timore, aut ulla cupiditate. Absurdum enim  
(inquit Pausanias, cap. 306.) eò quemquam  
stoliditatis prolabi; ut sui amore capiatur, &  
omnino quid inter hominem & umbram in-  
ter sit, non viderit. Haud extremum desi-  
pentiæ examen, umbram reputare hominem;  
sicut oculis odij, homines non reputare.  
Summa stoliditas, & evacuatio mentis est  
pro iudicio aggregare colores; ut quod iu-  
rè ratio reprobat, coloribus & coloribus uti  
indignum non appareat: equidem si demitur  
color, illicò

Pausane

Apparet dissimulatus amor.

Mittam vobis à Patre Spiritum  
veritatis: dixit discipulis Magister cælestis.  
Roborandum fide ac moribus ad Religio-  
nem Apostolicam collegium. Semper veni-  
et; sed visibiliter mittam vobis Spiritum  
veritatis in primum capitulum. Cur si Spi-  
ritus amoris, mittitur in congregationem  
ut Spiritus veritatis? Veritatis? Utrique: equi-  
dem licet origine sit ipsissimus, summus  
amor

Oth. V. 20  
Amor. Eua-  
ng. 73.  
Ioan. 15. 26

Longè à be-  
na electione  
sit dilectio.

amor; amoris in concilio, nec expressio. A  
Patre procedit, a filio procedit, utriusque  
amor, quia procedit ab utroque: & ad con-  
ciliu non connexionis Spiritus signatur,  
sed veritatis; quia dignitates in illo haud  
dandæ per connexiones. Veritas ad qualita-  
tem meritorum spectat: amor verò gra-  
tiam connotat: veritatisque Spiritus nomi-  
natur, quum in capitulum mittitur; quip-  
pe quàm vel in amore in capitulo, non di-  
lectionis, sed duntaxat veritatis debet esse  
connotatio. Veritatis. Vel in celo sunt Pla-  
netæ maligni, tetrici, averfi. Quid inter ho-  
mines contagione pulveris? Quid si affectio  
adhæret cordi, opprimens tenacitate? Pro  
meritorum veritate cupiunt introducere co-  
lores, ut simplices decipiantur per species  
(Vernaculè: Meritos de contravando) quia  
filij huius sæculi prudentiores filij lucis sunt:  
Christusque in nostrum documentum, cum  
proximum esset capitulum, dicit venturum  
Spiritum veritatis, ut veritas sedeat ibi, haud  
veritatis species: equidem si spiritus consi-  
liarijs insit fervor, pro veritate latebit tur-  
pis veritatis color. Sub illo auro fœda lati-  
tant. Inspice (inquit Senec. Epist. 115.) &  
disces sub ista tenui membrana dignitatis,  
quantum mali lateat.

3 Semper fallit amor, nocentius amor  
proprius: quapropter de philautia floridè  
Ovid. 14. Metam. fab. 3. accinit:

Ovid.

Decepta decipit omnes.  
In celebri Græciæ de Xerxe Salaminea Vi-  
ctoria, cum Themistocles esset primus (qua  
de causa cum planctu & admiratione osten-  
sus ludis Olympicis, peregrinis & advenis)  
lato ab ara suffragio, ut qui primus clareret,  
qui primus in certamine clarisset; se pri-  
mum, secundum illum, quisque Principum  
censuit. Unusquisque (ait in eo Plutarchus)  
seipsum, virtute proximum sibi Themisto-  
clem fuisse pronuntiauit. Nemo superiorem  
cognoscit, ut cognoscatur superior: quasi me-  
rita propriis phantasiâ construeret amor,  
iuxta fallacem lubricam cogitationem, haud-  
quaquam iuxta dotium veritatem. Amor  
proprius (uti dicemus ex professio, Tautolog.  
3. D. 6.) est dolus dulcis, præligiator suavissi-  
qui plus noceat, dum non videtur nocere. Na-  
gax fascinat, icitque lente & leviter peccus  
ne sentiat sctus: circumventa voluntate, va-  
fro mulcimine: etenim magis desipit, dum  
sapit: plusque decipitur, quam decepi leno-  
cinio non videtur. Uique in præcordia le-  
thale iaculum transit; quia peccus vulnus  
haud sentire despondit: intelliciter captâ  
mente, mortuo corde, viraque sine vitalita-  
tes; quippe nec movetur, nec respicit dolo-

Quilibet cu-  
pit esse pri-  
ma persona.  
Plutarch.

Conditio  
amoris pro-  
prij.

re. In cunctis Philautia, technis artificiosè  
procedit, ut fraudulentiâ, & amor proprius  
subdolos, polymecacos; sed potissime ut sit  
propter commoda politicis, ambitione per-  
citus, fingens strophis & panurgice veritatis  
species; ut tanquam merita cordis traducan-  
tur affectiones: queis, ita color pingitur, em-  
boliumque coloribus & coloribus disponi-  
tur: ut astu illiciat in perniciem, dum eò di-  
magis videtur proprium reliquisse amorem.  
Eligeretur in honorem utique dignus; mo-  
dò Vocallium exularet affectus. Aptius pro-  
mam. Eligeretur profectò dignior in am-  
pliore dignitate; ni se quisque arbitrarè  
digniore. Sunt in dolos nonnullorum  
bellicosæ, irrequieta, phantasiæ elatas; queis  
ducti vel præcipites insulantur philautia ven-  
tis, in cunctis adinstat Narcysij sese amantes  
errat.

Dum sibi quisque placet.

Cuncta ex abrupto & improvidè decreta ac  
consulta, ni versus se sint directæ; quia sibi  
tantum consulunt, dum consuluntur. Quare  
cum in ampliore honore, qui maiores colo-  
candi, in magnis quod magnum, & in sum-  
mis summum; in electione ex concursu di-  
gnitatum (quia insat virulentus amor) indica-  
tur ab insatis aut voce error & error:  
quandocumque ita rument insulis vanitatis;  
ut se solos arbitrentur in dotibus supe-  
riores.

Ovid. 1. de  
Rem. v. 290.

4 Videamus ergo duorum ad suf-  
fraga sententiam, ex diametro undique op-  
positam. De successore in regno Israël cum  
filio primogenito Ionatha agebat Princeps  
Saul; & inter tenacis utriusque iudicij verba,  
tandem tandem venerunt in decretoria. Io-  
nathas instabat propensus in Davidem, quia  
nullum toto Israël expertus erat digniorem.  
Rectus sanè & iustus es, & rectum iudicium  
taum: iuxta iudicium, acceptabile suffra-  
gium Saul autem, uti cervicolus, cerobolus,  
reflexionibus rationis status alicuj politi-  
cus, excandens vomit: Omnibus dictibus,  
quibus filius Isai vixerit super terram, non  
stabilieris tu, neque regnum tuum. Unde  
prius locutus est ad Ionatham & ad omnes  
servos suos, ut occiderent David. Hæc apud  
hos meritorum præmia, nex: equidem cum  
plausibilia, totus conatus interficere merita:  
aliquid per fortunam micabit commodi, mo-  
dò sepeliantur digni. Ita consilium Saul; sed  
quam indignum! Quid frugi dicere quibat  
iudicium læsum, & præoccupatum per dia-  
bolum? Ita sententia Saul, quam diabolus  
iam misit in cor. Quam pervicax & petri-  
nax ira! Beneficia malignis ad animum  
concillationem inepta; cum quidam (ait Se-  
ne,

1. Reg. 20.  
31.

Fastidiosè  
digni meri-  
ta flagitia.

Senec. neca, Epist. 19.) quo plus debent, magis ode- rint. Quod in Regem Davidis ampliora ob- sequia, ferventior ira. Quae in innocentem gloriosum non frustra indigna? Quae non mollita techna? Quae fraudes? Quae usquequa- que in discrimen supplantationes? Qui mini- stri non conducti ut tollerent e medio opta- bilem vitam vel saltem inclytam famam? Me- rita, gettaeque praecleara, quae iusticiari non potuit, exofus minuit; ac in eius subversio- nem totus incubuit: cogitans maligne dolo- seque quomodo damnum fieret; & diceret quod impulsus faceret: igitur putans con- fingere & eius tollere vitam; in eum retorfit, quam ad manum in ictum samplerat lan- ceam. Si lancea insigne potestatis, elucet & turpis & vilis proiecchio peccatoris: siquidem qui auctoritati nocent, nec cogitare auderent; ni se respicerent dignitate superiores.

5 Ut Regis patris exaltans deser- veret ira, Ionathas arte mellificavit verba; an pillula decurata purgaret furentis cere- brum; & menti redderet animum. Pende in controversia colloquium. Ionathas: David, Pater, dignus, imo dignior throno. Saul au- tem: Video. Non expedit. Quid si debetur honor, cui melior? Quia melior oblegandus a fastigio. Repellendus qui a Domino, celo- que dignitati signatus? Dixi iam non oportere. Non solum non expedit, imo mihi & tibi nocet. Quandiu ille fuerit maior, qui

5 filius meus erit minor. At si David meritis eminentior ac praestantior? Fili mulieris vi- rum ultra rapientis, nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam? Quid ergo mali, qui debet eligi fecit? Quid ul- tra loqueris vacuus cerebro? Dicit ratio. Quid quod dicat? Non afflicto. Partius ista & coram Principe verba. Bambalio un- que videris, propria oblitus utilitatis; sen- tentiaque (dum tibi micat regalis maiestas in maximo honore) eius cuius necdum ver- nant lanugine gene. Desipis dum loqueris, nesciens emungere nare. Praelat cunctis & in canctis. Papa cerebelle! Ratiocinium uti pueri, infantili affectione fascinati. Respice fatuelle. Ringis? Quid obloqueris? Animum indicat facies. Nec scintilla ulla tibi rationis. Recedis? Hens tu? Mane, mihi que & tibi consule. Quid quod amicum meritis infensum videris occisum? Considera mortuum. Quod fieret morte, potitur vulnere.

Sceptrorum vis tota perit, si pendere iusta  
Lucan. 8. 3. Incepit: evertitque arces respectus honesti.  
3. 487. Libertas scelerum est, quae regna invisita  
taetur,  
Sublatasque modas gladiis. Facere omnia  
sive

Ratiocinia malevolen- tie in lectu- tionem di- gui munere.

Non impune licet, nisi dum facis: exeat aula,  
Qui vult esse pius. Virtus & summa potestas  
Non coeunt. Semper metuet, quem sava pubebunt.  
Miser esse vult, qui felix esse potest? Mibi crede, magna falsi nominibus placent,  
Rapta sed trepida manu  
Senec. in Hercul. fur. a v. 340.

Sceptra obtinentur: Omnis in ferro est salus.  
Strictus tuetur ensi. Alienus in loco Regnum stabile non est.  
Votis tua fovimus arma. A Principibus noli scire, ac expiscari prae qua placuerit dicere. At quia insipis, severius caute sine mente, Davidis gesta & egregia haudqua- quam mihi ignota. Ideo isthic successor haud expedit. Ipsi meritis mei magis dispa- lescent errores, deliria furores, vesania, ma- lignitas voluntatis, atque mentis impoten- tia, sententia diabolica, atque suggestione a demone. His ergo reflexionibus eius electio non expedit, nec regulis politicae qui dignior eligi valet: etenim aduersus ius naturalem- que legem, quod eius prudentia & dotes me regimine Principem, indicent subditis regi- minis incapacem. Unde: etsi totus irruat ather- votisque reclamet mundus; obex inflexibili occurram electioni cum meis sequacibus. Ita? Ita locutus ad Ionatham & ad omnes seruos suos. Felix sententia! Plausibile utique votum, ab inferno prolatum! In morte cla- rebit huius ausus supercilium & iactantia, potestatis impudentia, pravi consilij tenacitas, Pyrgopoliniceis blateronis contentiosita- tas: etenim homines huic furfuris, affecta- rum in factionibus Thracones ne lesam eli- gant Salvatorem, Barabbam eligent: Vid. Tom. 4. T. 7. D. 3. n. 12.

6 In haec regulas multum temporis impedit Machiabellus, quem plenissime docuit Atheismus: hisque uti Principes Ethnici pro captanda populorum assinatione, vel pro continuanda in imperio potestate. Pjama- tosim quem Traianus Partibus regem fecerat: eo quod cum non magni ponderis apud Partbos videret, Adrianus regem constituit: Ait Aelius Spartian. in Adrian. Hu- iusmodi ars aliquando ingeritur in electio- nibus, ut semper qui eligit, minorem eli- gendo, appareat magnus: eodem si digno- rem, meritis insignem in dignitatem afflu- meret; exiguis dotibus, dotibus successoris appareret. Quare ut maneat propter fortui- ta saltem umbra magnitudinis, designatur eligendus, non magni ponderis; non enim considerant prudentibus indicare, ex elo- cio.

Senec. in Hercul. fur. a v. 340.

Deteriores successores eliguntur, ne eligentes uti pravi cogno- scantur.

Spartian.

Et inferio- ris meritis & conditionis, ne sint.

abici in as- censu digri- tati.  
Corn. Ta- cit.  
atione indignioris, indigno honore fuisse. De Augusto dicit Tacit. 1. Annal. cap. 10. (uti etiam observavimus, Tom. 1. T. 2. D. 12. num. 12.) Tiberium improbum ac subdo- lum haud charitate, amicitia, benevolentia, aut cura Reipubl. successorem ascivisse; sed quoniam arrogantiam saevitiamque eius in- trospexerat? Comparatione deterrima sibi gloriam quassivisse: quadam de habitu cul- tuque & institutis eius iecerat, qua velut excusando exprobraret. Hoc non est respi- cere in electione successoris imperium, sed seipsum; quasi latere possit indigni electi electionis propositum; etenim praepoiterum desiderium regiminis, electione deterioris: non enim est bonitas regentis in dignitatem, pessimis esse meliorem. Sese quaerunt, non Rempublicam, nec publico bono consulunt. Illis est lucro ex cunctorum incommodo. Ni- hil tutius ac utilius ambitioni, quam in aqua turbida piscari: haud curat qui propter se sibi successorem eligit, quod exeat quisquis exierit.

7 Consilium inierunt & in malum aduersus Ierusalem Reges Israel Syriaque Phacee & Rafin: dicentes: Ponamus Regem in medio eius, filium Tabeel. Chald. Qui bo- nus nobis sit & commodus. Maluend. Qui rectus erit nobis. En intuitus pravissimum electionum obliquarum in commodum eli- gentium. Principes Ierusalem decernunt eli- gi, nec ambigitur de bonitate & rectitudi- ne; a tuismodi rectitudinis quae praedica- tur bonitas, tota pravitatis. Bonus & rectus nobis. Statui debet esse bonus, qui in digni- tatem electus, non solum suffragatoribus: & dum dicitur ad dignitatem bonus, magis indicatur pravi; siquidem dum bonus illis non bonus. Non in bonum dignitatis Re- gem statuunt, sed quia sibi bonus in hono- rem assumunt, ambitioso obsequio, & pra- vitatis studio, considerantes in patrandae ele- ctione, quam bonus sibi igitur nisi, dum ambitio suffragantur, quanvis rectus, quan- vis bonus, nequaquam eligeretur. Bonus no- bis & commodus: nobis erit sane rectus. Elu- cet respectus eligentium quam longe a re- ctitudine, pravitare propofici. Electio recte fit, quam eligitur quod est, quippe in pra- sentia merita tendunt suffragia. Illi inten- dunt in futurum, in electione prospicientes tantum commodum: etenim immoderata illorum cupido dominandi Superiorum con- stituit; quippe cogitat, sibi quam bonus erit. Non constituent Praesidem, ut moderatione ipsos electores dirigat, sed ut & proiecchio obedi- at; quod ni fecerit vel cum nota indigni- tatis, erit rectus, sed non illis, qui se qua-

Et etiam ut illis regenti- bus regant.

Commoda duntaxat in successori- bus captant.

Et inferio- ris meritis & conditionis, ne sint.

runt dehonorantes electum; dum sibi eli- gunt ut bonum: quandoquidem sibi tantum praedicantes Superioris rectitudinem; ipsi suffragijs in munus signant incapacita- tem.

8 Praeterea. Bonus nobis. Phraese vul- gari Bonus idem est, ac stolidus & fatuus. Ita recte nobis, quia nobis sicine commodus: si nobis commodus, quid quod alijs papel- lardus? Bonus: caret felle, nec ulla sedet cor- di mica malitia, intentione rectissimus. Ita, non aliter nobis commodus: habebimus arte distributionem honorum, suffragia ad nu- tum; quo artificio ridebitur, dum statuta a nobis propter nos in fastigio constituitur: igitur ille habebit tantum voce dignitatem; nosque nobis dignitatis regimen. Nobis sic erit rectus, licet alijs praeruptitudine rufus; quoniam aliter auctoritas asu conciliata lan- guebit, vel forsam caedat: quod quidem profe- cto, si homo qui homo collocaretur in thro- no; cuius superiores dotes nobis interpece- rent ascensus in ampliores dignitates; & dum illum exaltamus, eius exaltatione sordide de- primeretur. Non nobis ita commodus: quaer- endus est vel fatuus vel ridiculus, infulis cer- copithecus; qui in crotala adorationis inten- dat, pondera honoris abdicat, & nobis ha- benas regiminis pertusus tradat, plaudenti- bus eius electionem & nostram utilitatem, dominationem ambientibus; & specie recu- santibus; ne respondeat muneri, muneraque respondeant nostrae ex electione menti: et- enim nobis ad usum concedat gratos hono- ris honorem; si ita eligitur indignus, ut suam ipse cognoscat indignitatem. Hinc meditan- ter dicitur horum Consilium in malum. Ni- hil enim nocuus Republica in Principis electione; quam ex illa meditari in regimem bonum publicam, Vocalesque in electione suum tantum quaerere commodum.

9 Examinemus quem habebat in peccore, ut auguste federet in dignitate. Fi- lium Tabeel: dicitur. Aliqui interpretantur Filium boni Dei. Vide Maluend. & Alapid. Qui filius Dei boni profecto rectus, quip- pe electoribus commodus. Si homo, filius Dei & boni, uti in regimen a Numine mis- sus? Quis est hic? Gentilis ex Syria, collo- candus uti Princeps in urbe sancta. Hic? Utique. Dummodo commodus electoribus sit, quid quod destruantur muri Ierusalem? In illa erant fideles, quod advertere animo vigili debebant electores: Gentilemque extra legem meditantur eligere, ut aliquod commodum emanet ex electione: equidem summum commodum eis; indulgere, extra legem vivere tanquam Gentiles. A Deo

Alia astuta ambitionis propofita.

Vet. 51

Relaxatio- nem conan- tar.





runt electiones; in eos qui decorant & doctus & meritis dignitates. *Non sum.* Si sum aliquid, sum vox. Aer duntaxat vox, nil plus: & eligere ad dignitatem indignum; profectò est velle honorem in aere pendulum. Vox sum, ubi hæc offertur dignitas, cui nulla entitas: parq; non est relinquere meritum entitatem; propter vanam, futilem inanem vocem: Vox non clamans præ oblato immeritò honore; sed *voce clamantis* pro debita dignitate: etenim si ab illa remouetur digni claritas; querula sine quiete reclamatur dignitas. Ego vox. Si vox conciliat vel in vobis plausum, erit iurè sine voce meritum. Relinquit ergo in deserto vocem, ut eligatis illustrem. In me sonus inlat vocis, ut munere dignissimum eligatis; igitur eligi congruit, quem ratio vocibus eligit. Muneri renuncio dignitatis, sed non dignitati vocis; ut à vobis eligatur, qui uti celestis superiorem meretur: non sit plena manifesta malitia, dum vestra putrida demonstratis præcordia: poteritis enim suspendere, non auferre dignitatem: sed estò rumpamini, in suspensione non removebitis vocem.

14 Proprius propositi. *Non sum ego,* dicit Ioannes. Sui obliuiscitur, & digni huiusmodi obliuione recordatur: igitur tunc optima ad electionem consilia; quando sui in honorem Vocalibus nec memoria. Debent honores respondere meritis; quia iuxta merita conferenda sunt munera: dicitque Ioannes, *Non sum;* quippe respectiue ad dignum nihilum est: quò magis dignus honore, signat clariorem in dignitate: qui quidem ita clarior, ut in honore, eius electio sit honor; quòd sui in Ioanne sit obliuio, ut contet iuxta rationem meritum electio. *Hoc est Ioannis testimonium,* & in meliora sine affectioe suffragium, dorum celestium iudicium: equidem cum maior maiori, & eminentior respondeat eminenti dignitati; necessarium plane, ubi excessivus meritum splendor, quòd cedat oblitus sui qui inter natos mulierum plauditur maior. Commendantur in honorem electi merita, dum à maiore præ illo exponuntur ut maiora. In sententia Ionathæ plus effulget vox Baptistæ. Haud ille indignus maiestatis regie, vel sedis augustæ patris, cum toties strenue postretisset hostes. Eius certamina insignia, cuius virtutem Philisthæorum præconizabant cadavera. Quid ultra? Eius morte perierunt arma bellica, cuius nunquam cum errore sagitta. 2. Reg. I. à 22.

*Quis facta Herculeæ non audit fortia claua,*

*Et nunquam ad nata irrita tela ferat;*

Ut accinit Propert. 4. Eleg. 10. v. 39. de quo Tom. 5. T. 5. num. 17. & D. 1. num. 2. Ita profectò virtus: cæterum David præclarus. Honor meriti & suffragij est intendere in honorem magis digni. Ionathas dignus coronâ, at in Davide fulgurabant plura merita: & contra se in electione à se sensim remouetur, ut dignior cum plausu in fastigium eligatur: etenim plausus electi plus eminentis, quòd signetur in honorem ab illo qui eminet magis. Hispanica dialecto floridè. *Es election in signo del que sobrefale mas, por el que mas sobrefale.*

15 Commendantur electiones viro- rum illustrium, si nulla electio in electione digniorum. Est nobilior libertas in electione, qua suffragantes carent libertate: igitur ampliore fulgore resplendent merita; modò ad electionem non suffragentur suffragia. Dixi fusè, *Tom. præced. Taut. 3. D. 6.* Sicine intelligitur Aristoteles, 3. *Ethicor. cap. 2.* dicens: *Electio quidem voluntaria, sed non idem quòd voluntarium.* Quod videtur enthusiastas dissolvit qui dignè electus; cui traditur liberè dignitatis autoritas, verum in electione honoris nulla libertas quandoquidem priusquam dotes eligentes, digniorum cunctis elegerunt dotes. *Merita vincunt & malos:* dicit Senec. in *Hercul. Cæto. v. 575.* cæterum haud ambitiosos, maiestatis avidos, odio ac invidia peritos, quibus odisse placet, quia bonum displicet: & modò electio non sit ad lubricum, vel quæ eligere debent, reprobabunt. Saulis haud percussit mentem, scire perspicuò persecutum successorem: furens frenit quoque eius eibat sanguinem, quia eius dotes præsentit aptissimas ad honorem; sententiaque conceptæ inhæret contumax, asper: superbia horum qui oderunt, ascendit semper. Finis illorum iacuisse, vel in bonos debacchari; rabie impulsu in nocuumtum, quoque rumpantur.

*Ipsa sibi est hostis vāsania, seque furando Interimit, moriturque suis ira ignea salis.*



DI-

Verf. 13.

Dignus respecta dignitas nisi est.

Verf. 19.

Propert.

Suffragio ex colit, qui ad electionem excellentiorum exigentis.

Aristot.

Dignus magis quem ante electionem eligunt dotes. Senec.

Prudent. Psychom. v. 228.

DIDASCALIA IV.

*Si animus odiosus inuisus, amor in electione magis odiosus.*

DE primo egimus *Didasc. præced.* de secundo præsens sermo; seu potius de primo: siquidem idem est exitus odij & amoris infani. *Si à recta via declinaveris* (inquit Hieronym. lib. 1. in *Matth.*) non interest, utrum ad dexteram vadat, an ad sinistram; cum verum iter amiseris. Arrogantia semper sequitur extrema, adinstat mulieris, de qua in *Sentent. Senec. Vel amat vel odit femina, nil medium.* Unde de Medea dicit, v. 864.

*Ut tigris orba gnatis*

*Sic huc fert pedes & illuc:*

*Trenare nescit iras, non amores.*

Non potest esse electio, ubi absit reprobatio: verum quorum studium auctoritatis quæsus; idem fed aliter pravus animus. Approbant & reprobant: autem quos pronuntur; sed nonnunquam dolose sequentes rimula commodum, haud rationis vel imperantis arbitrium: igitur iactabundè, contentiosè, pertinaciter cervicè durâ, cerebri contumaciâ, inflexibili sententia, iudicio peruerso, & elato supercillo, indomito corde, ferreo pectore, turgidi; stomachici, quasi calculis Minervæ, vultu & gestu auctoramina vomentes, adatrephâ bucciflantes; sicut reprobantur eligendum, sic eligunt reprobandum. *Necesse est* (ait Cæsiodor. 1. *Epist. 4.*) *prudensissimum eligere; qui possit contra subtilissimos disputare, & in conventu Doctorum sic agere, ut susceptam causam tot erudita possint ingenia superare. Magna res est contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui se putant omnia providere.* In huiusmodi imperas Princeps debet esse murus æneus: equidem apud huiusmodi balatrones, aurâ fortunæ & cothurno potestatis, plauduntur uti pretiosus, qui nullius prosum & ad nihilum pretij.

2 Diximus, *Tom. præced. Tautolog. 7. D. 7. num. 11.* idolum vituli aureum adoratum, cultoribus à Moyse datum in potum.

Exod. 32. 20.

Quomodò auri pretiositatem potuisse redigere in pulverem; signavi in *Ephemer. 11. Ianuar. num. 7.* Incertus iuxta Rabbinos fuit, ut qui obnoxij pœnæ adorationis, signa ostendere in labijs: quandoquidem auri ramem-

ta fulgurabant super labia. Speculum est factas ostentantium dotes, ut suis à Principe conferantur dignitates: equidem si quod pulvis fulget in labijs ut aurum; signum est federe in pectore idolum. Magnificat quicquid optant; cum minime quæ vident in idolis plaudant, sed quod desiderant: quod quidem cavere debet princeps, ne fide credula corruat in errores, videaturque pretiositatis prolium, quod primatum insidiantium interventione decretum: igitur duntaxat pulvis & cinis oculis, quod ut aurum pretiosum fulget in labijs. Pater adorationis excessus: quandoquidem dum homo quatitur, occurrit vitulus; qui graditur inter homines, verum privilegio bipes. Aurum idoli postquam Moyse combussit, scoria apparuit; sed adhuc à cervicosis servabatur in pectore, atque fulgebat in ore; quippe fat quòd semel cordis idolum, ut affectio certarum quæreret plausum, studeretque simulacri exaltationi, quippe habebatur in pectore. Introspicere debet Princeps quæ à factiosis deaurantur velamine auctoritatis; quippe male audiet aberrans à directionis scopo, quandiu per hosce fiat dignitatum directio, intendentes in suorum propriam utilitatem, ineptorum splendorem: equidem quos pronuntur, honoris ornamenta pretiosa & estimabilia; apud homines prudentes hominum tantum scoria.

3 Hinc Lamprid. in *Alexandr. Mamea* dicit: *Notum esse meliorem esse Remp. & propè tutiorem, in qua Principi malus est, eâ in qua sunt amici Principis mali: siquidem unus malus potest à plurimis bonis corrigi: multi autem mali non possunt ab uno, quantumvis bono ulla ratione superari.* In civilem plagam retorquere possumus Hippocratis sanam doctrinam. *A morbo laterali* (ait, 7. *Aphorism. 11.*) *inflammatio pulmonis malum.* Leonien. hic: *Malignum. Vel priore cessante morbo advenit alter: vel supervenit, quando altero manente, alter adijcitur.* Elucent incommoda, Reipubl. vulnera, quibus languescunt merita, eo quod tumore ex laterali morbo sit viscerum inflammatio, humore maligno ex indignorum honore: quoniam quod magis nocet, semper procedit à latere, signante Principis morbum, inflammatione arrogantium, plaudentium cordis idola, ut languescat per monstra Principis fama.

*Natus est cognitus error.* Igitur in electis Princeps haud erraret, ni amor furiosus è latere fureret.

*Cuncta tuus sepelit amor.* Cuncta merita sepelit, & cuncta etiam exci-

Semper plaudunt indignum, in auheritatis commodum.

Æl. Lamprid.

Hippocr. Inflammatio à latere Principis morbus malignus lateralis.

Propert. 3. Eleg. 15. v. 55. Verf. 9.